

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius

**Caspari Mauritii, Th. D. P. P. & Past. Mar. Trias Exercitationum
Anticalvinisticarum, De Fato, Unione Personali, Sacramento Coenae, In
Academia Rostochiensi publice habitarum**

Rostochii: Kilius, 1653


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740001124>

Druck Freier  Zugang



Ru. Med 1653

Maurinus, Caspar




CASPARI MAURITHI,
Th. D. P. P. & Past. Mar.

TRIAS
EXERCITATIONUM ANTI-
CALVINISTICARUM,

DE
F A T O,
UNIONE PERSONALI,
SACRAMENTO COENÆ,

In Academia Rostochiensi
publicè habitarum.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LIII. ge

*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS VIRIS,*
Dn. JOANNI LUTTERMANNO,
Dn. JOANNI PETRÆO,
Dn. CASPARI VIEREGG,
Dn. WOLHARDO STINT,

*Inclutæ Reip. Rostochiensis Con-
sulibus meritissimis,*

S. P. D.

CASPARUS MAURITIUS, D.

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi Viri, Fautores
& resp. Compatres honoratissimi.*



Atis amplum testimonium ortho-
doxiæ nostræ perhibent Calviniani cum
& primaria eorum scripta & primarii do-
ctores controveſiæ nihil restare conten-
dunt præter exiguum in S. Cœna pun-
ctum, nostramq; super eo sententiam negant in ullum
fidei articulum impingere. Heidelbergenses in ſhrer
trewhersigen Ermahnung pag. 54. Paræus Iren. cap XII.
Perkins. Catech. pag. 524. &c. Interim alibi haud eru-
bescunt teterrimis hæreticis nos comparare, idq; non
tantum in pugna & certamine, verum etiam in confes-
ſionibus, ubi pugnari non debet, & scriptis Irenicis, in
quibus non tantum nostra sententia tanquam hæretica
rejici-

rejicitur, sed & nos hæretici audimus. Confessio Hel-
vetica mandationem corporalem carnis Christi ap-
pellat flagitium & Capernaismum: Palatina dicit evertere
articulum de una divina essentia, veritate humanæ na-
turæ Christi &c. imo nullam non symboli Apostolici
articulum labefactare & evertere: Scotica execratur o-
pinionem nostram in Cœna tanquam blasphemam: Gal-
lita nos rejicit tanquam fanaticos: Belgica rejicit len-
tentiam sibi adversantem tanquam damnanda commen-
ta & veram profanationem: Polonica vocat sarcophagi-
giam corporalem & cruentam creophagiam. Dordra-
centi irresistibilem gratiam oppugnantes damnant Pela-
gianismi art. 2. antith. 6. Art. 3 & 4. antith. 8. Vid. art. 5.
antithes. 2. Embdensis in Aet. Synod. pag. 661. sic scri-
bunt: Sincere dicimus illum hominem, qui Christi me-
ritum & efficaciam vel impetrationem remissionis pec-
catorum & applicationem illius beneficij separat, a no-
bis pro hæretico haberi, quem nisi inquinari ab eo velim-
us, summo studio devitare oportet. Adde alia, quæ
nobis impingunt crimina Admonitio Neostadiensis,
Consensus Orthodoxus & reliqua Calvinistarum scri-
pta universalia, dum hæretici, incantatores Magici, fal-
satores Testamenti Christi, Idololatriæ passim audimus.
Vide Cl. Hunnum θλωκέψι de fund. distin. Luth. &
Calvin. §. 493. seqq. Aut ergo hæc seriò dicunt Calvi-
niani, aut simulate. Si hoc, Deo, qualem fingunt, simi-
les sunt, nec sine fraude & fallaciis, more majorum, rem
gerunt. De qua re una omnium tam Orthodoxorum,
quam heterodoxorum consentiens querela est. Cœte-
rum probabile non estullo modo, simulasse Calvinianos,
cum tam atrocia in nos scriberent, ipsa nimisrum Spir-
itus Calvinistici vehementia & verbosū, quibus utuntur,
magis

);

aspe-

asperitate rem seriò agi clamantibus. Sincerè dicimus,
inquiunt Embdenses. Hoc ergo si est, & si serio loquuntur
præterquā quod more suo inconsistentia loquuntur, nec
alterutrum videntur retractaturi aut resorpturi, qua sunt
præsumptione & ~~av&adæc&~~, quæritur, qua conscientia fra-
ternitatem nostram tam sollicitè hactenus petierint? Ter-
rere nimirum eos debuissent fulmina Apostolica.
Rom. XVI. 17. Rogo vos fratres, ue obseruerū eos, qui dis-
sensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis,
faciunt & declinare ab illis. II. Cor. VI: 14. seqq. Nolite
jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitie
cum iniquitate, aut qua societas luci ad tenebras? Gal. V. 9.
Modicum fermenti toram massam fermentat. I. Tim. VI. 3.
Si quis non acquisicit sanis sermonibus D. N. Jesu Christi, & ei,
que secundum pietatem est, doctrina, superbus est, nihil sciens
sed langvens circa questiones & verborum pugnas, ex quibus
orientuntur contentiones, blasphemia, constitationes hominum
mente corruptorum, qui privati sunt veritate: abscede ab
hujusmodi hominibus. Tit. IIII. 10. Hæreticum
hominem post unam atq; alteram correptionem devita,
sciens, quod subversus hujusmodi, & delinqnit, cum sit
proprio judicio condemnatus. II. Joh. IO. II. Si quis venit ad
vos & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in do-
mum: nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit ulli Ave, communi-
cat operibus illius malignis. Hæc fulmina hactenus reveriti
sumus, Lutherani qui audimus, hæc obstitere, quo mi-
nus in expetitam servidissimè fraternitatem consentire
potuerimus. Neque enim nos illi sumus, qui vel divi-
næ vocis majestatem susq; deq; habere, & temporali-
bus commodis postputare didicerimus vel gravissimos
errores adversariorum palliare, extenuare aut elevare
audeamus. Qui enim gloriam sanctissimi Numinis
scopum

scopum omnium rerum & actionum esse novimus, ferre
non possumus injurias SANCTO, MISERICOR-
DI, VERACI, JUSTO & SAPIENTI Deo
illatas, adeoq; quisquis in Dei Sanctitatem, misericor-
diam, veracitatem & justitiam contumeliosus est, frater
esse Lutheranorum nequit. Porro, quisquis negaverit
Liberum arbitrium, Catholicus non est, inquit Autor
~~impunitus~~. Tum quisquis in hac tanta Evangelii luce
ea defendit, quibus religionis Christianæ subvertun-
tur fundamenta, ei cum omni detestatione anathema
dicimus. Aliquos divina potestate ad malum prædesti-
natos esse non tantum credimus, sed si quis sit, quitan-
tum malum credere velit, ei cum omni detestatione
anathema dicimus, definiente Concilio Arausicano
Can. XXV. Si quis non confitetur carnem Domini
esse vivificam, propterea quod propria facta est verbi,
quod omnia vivificat, anathema sit. Quisquis negat,
una adoratione venerandum Immanualem, unamq; ei
glorificationem dependendam, juxta quod verbum caro
factum est, anathema sit, definiente Concilio Ephesino
Anath. VIII. XI. Deniq; quisquis dicit, in Cœna
tanto intervallo abesse corpus Domini à pane benedi-
cto, quanto summum Cœlum abest ab hac terra, hunc
ut obloquenter Christo & viam hæreticis ad oppu-
gnanda quævis misteria sternentem ferre non possumus.
De Cœna Domini docemus, quod corpus & sanguis
Christi verè adsint & distribuantur yescientibus in Cœ-
na Domini, & improbamus secus docentes, Aug. Conf.
Art. X. Non est figura panis & vinum corporis & sanguinis
Christi, ABSIT ENIM HOC! sed est ipsum corpus
Domini Desificatum. Damasc. lib. IV. de O. F. Cap. 8.

)6

Dicunt

Dicunt quidem adversarii, fide manducari in Cœna corpus Domini, at hoc parum consentaneè hypothesibus suis dicunt. Dum enim contendunt idiomatum divinorum, & sic consequenter adorabilitatis nullam esse communicationem humanitati Christi factam, necessario proximum est, ut dicant, neq; in hominem Christum credi, nec fide ejus corpus manducari posse. Hæc quam sint atrocia & jugulum Christianismi pententia, nemo non videt. Sed hæc pluribus in Triade Exercitationum Anti-Calvinisticarum persecuti sumus. Quas ego Amplissimis Vestris Dominationibus inscribere non dubitavi, non quod dignas hoc honore centerem, sed quod absq; ingrati animi nota aliter fieri nec posse nec debere statuerem. Accipite ergo hæc, quæ offero, ea humanitate, qua me soletis & me meosq; amore favore atq; patrocinio vestro, quod facitis, prosequi pergit. Deus bonitate optimus & potentia Maximus custos Rerum publicarum potentissimus Civitatem vestram periculis & angustiis, quibuscum confluetur, clementer eripiatur, atq; in solidæ felicitatis gradum reponat, vosq; adeo. Viri optimi, omnes & singulos, salvos valentes, florentes conservet publico bono Dab. Rostochij Kal. Octobr. Anno M. DC. LIII,

AD.

**ADDENDA ad Exercitationem de Pato
Calvinistico, & corrigenda.**

§. 1. Lin. 10. sub fin. add. & ab efficacia voluntatis de
vina pendeat non solum actio qualibet creature sed etiam
nisi modus.

Ad §. 2. Maccov. in L. C. part. 2. disp. 12. Confessio
luntarias ait non agere nisi motus à Deo. & quod hoc modo
modo operantur, habere ex Deo, qui eas sic & illo modo, per suum
libitum est, moveat. Et hic de consensu Dominicorum
(Thomistarum) valde gloriantur Calviniani. Vide
Amel. Bellarm. Everv. Tom. IV. pag. 25. & 31. Vide etiam
Cath. Orth. Riveti Tract. IV. quæst. 4. & 6. Sed in primis
adeatur CL. Dn. D. Hulsemannus diat. de auxil. Grat.
pag. 306. seqq. ubi pluribus docet, Calvinianos & Thomi-
stas convenire quoad insuffum Dei determinantem & move-
tem voluntates humanas.

Summa: Fatum Calvinisticum est, quo Deus absoluta o-
mnesq; causas earumq; intuitum antegressa voluntate
omnia tam bona quam mala, eademq; culpæ pariter &
pœnæ ab æterno prædefinivit, & decrevit antecedenter
determinare actiones omnes Angelorum & hominum.
omnesq; eventus, adeo ut ex vi decreti hujus prædefini-
entis & prædeterminantis necessario & inevitabiliter
fiat, quicquid fit, sive id bonum sit sive malum, sive sit
malum pœnæ, sive sit malum culpæ, & ex eventu fit ju-
dicandum de voluntate Dei.

Ad §. 3. lin. 32. ad illa verba: *quis decretit, addatur,*
quamquam & id verum est, quod infinita prædictus sit scientia,
qua omnia decreta complectitur, omniaq; prædicta, que vult, queq;
ex libera sua voluntate determinatae sunt proditura. Confer
Hulg. Brey. Extens. cap. IV. suppl. th. IX.

Ad

Ad §. 4. lin. 45. ad verbum conditionata, addatur: sic dicta non respectu modi cognoscendi divini, sed respectu objecti, hoc est, non quod sub conditione cognoscat Deus (futura enim cum conditione pariter ut absolue futura absolue cognoscit) sed quod scientia versetur circa futura cum conditione.

Ad §. 5. lin. 2. post verbum probant; addatur: tum aliorum Jesuitarum scientiam medium statuentium supponentem conditionem nunquam implendam, nunquam à Deo volitam v. g. si Iudam hoc modo loco & tempore vocassem, potuisset moveri & parere &c. tum imprimitur

Lin. 15. seq. sic emendentur: decurrit, absoluē elegit, si inquam, Deus, cum prævidisset Adamum labi posse & non posse absoluē elegit Adelapsum, ejusq; circumstantias & occasiones &c. utiq; habent, quod volunt, Dominicanū & Calviniani.

§. 23. lin. 102. pro malitiosa lege nativa.

§. 38. lin. 2. lege: Si in Deo ponatur voluntas non alia, quam absoluta & talis, cuius nulla detur causa impulsiva, utiq; &c

§. 50. lin. 43. lege: ubi nullus sit virtutibus locus.

§. 54. lin. penult. lege: una velut litera.

§. 55. lin. 2. lege: quibus ille probare vult, propereturbare, lin. 8. lege: propriè loquendo, pro minime loquendo.

§. 58. lege 59.

§. 59. lin. 19. pro major, lege majus.

lin. 167. sub finem adde: Malè.

§. 60. lin. 42. pro coram, lege: eorum.

Hæc nunc sufficiunt;

06(0) 30






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740001124/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740001124/phys_0011)

DFG

scopum omnium rerum & actionum e-
non possumus injurias SANCTO-
DI, VERACI, JUSTO & SA-
illatas, adeoq; quisquis in Dei Sancti-
diam, veracitatem & justitiam contum-
esse Lutheranorum nequit. Porro, q;
Liberum arbitrium, Catholicus non e-
impuniscaet. Tum quisquis in hac tan-
ta defendit, quibus religionis Christi
fundamenta, ei cum omni detestatio-
dicimus. Aliquos divina potestate ad
natos esse non tantum credimus, sed si-
tum malum credere velit, ei cum or-
anathema dicimus, definiente Con-
Can. XXV. Si quis non confitetur
esse vivificam, propterea quod prop-
quod omnia vivificat, anathema sit.
una adoratione venerandum Imma-
glorificationem dependendam, juxta
factum est, anathema sit, definiente C.
Anath. VIII. XI. Deniq; quisque
tanto intervallo abesse corpus Domini
et, quanto summum Cœlum abest a
ut obloquentem Christo & viam ha-
gnanda quævis misteria sternentem fe-
De Cœna Domini docemus, quod
Christi verè adsint & distribuantur ve-
na Domini, & improbamus securus doc-
Art. X. Non est figura panis & vinum
Christi, ABSIT ENIM HOC!
Domini Desicatum. Damasc. lib. IV.

)



, ferre
COR-
Deo
ricor-
frater
averit
Autor
i luce
ertun-
thema
desti-
uitan-
tione
sicano
omni
verbi,
negat,
mq; ei
n caro
nesino
Coena
enedi-
, hunc
oppo-
sumus.
ungvis
in Cœ-
Conf.
eguinis
corpus
ap. 8.
Dicunt